



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 134. Sixti IV. Pontificis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. lominus exiguo post tempore actus
 A.C. 1484. quam unquam hæc contentio recruduit
 nec tamen quæstio decisa fuit, eoque
 summus Pontifex utpote morte præve-
 tus, hisce contentionibus remoram po-
 nere præpediretur.

§. CXXXIV.

Sixti IV. Pontificis obitus.

*Amphr. in
Sixt. IV.* **O**biit hoc anno die decima tertia Ne-
*Ciacon. in
eundem.* sis Augusti Romæ in Vaticano Pal-
*Brutus hist.
Flor. lib. 8.* tio Sixtus IV. postquam septuagesimum
 primum ætatis annum ingressus, Pontif-
 ficatus sui decimum tertium cum quibus-
 que diebus expleverat. Corpus ejus in
 Basilicam S. Petri delatum æreo monu-
 mento conditum est, quod Julianus Car-
 dinalis ejus Nepos extruendum curavit.
 Plura ingenii sui monumenta posterita-
 ti reliquit, scripsitque de Sanguine Chri-
 sti, necnon de potentia Dei adversus e-
 rorem cujusdam Carmelitæ Bononiensis,
 qui hominem damnatum a Deo per ipsam
 suam omnipotentiam salvum posse, per-
 vicaciter tuebatur; huius tractatus Romæ
 anno millesimo quingentesimo septuagesimo
 primo typis impressi prodire. Exstat etiam
 explicatio tractatus Nicolai Richardi de in-
 dulgentiis, quæ in suffragium animarum
 in purgatorio conceduntur; hæc explicatio

*P. Alex. hist.
Eccles. tom. 1
Sæcul. XV.
in 8.*

*Miscellan.
tom. 4. p. 527.*

plicatio unacum ipso Nicolai libro Anno millesimo quadringentesimo octogesimo primo in lucem edita est. Composuit etiam tractatum de futuris contingentibus, aliumque de Conceptione B. V., qui in nonnullis Italiæ Bibliothecis manu exarati asservari dicuntur. Baluzius quamdam hujus Pontificis epistolam ad Carolum Burgundum exhibet, in qua Sixtus varias, quas Dux adversus eum moverat, querelas diluit, atque inter ceteras hanc refellit, qua quemdam Clugnocum a Duce commendatum a Cardinalium numero exclusisse atque eidem suorum propinquorum duos prætulisse redarguebatur. Inde exortæ fuere hujus Ducis querelæ; liberius enim Pontifici exprobrabat, quod sanguinis affectu captus, suos propinquos Clugnoco prætulit; Sixtus vero hac epistola, quæ prudentissimis sane rationibus locupletata est, objectam sibi culpam amolitur, contestatus, se in horum electione non nisi meritorum suffragia respexisse.

Hic Pontifex octo Cardinalium promotiones habuit, quas suo loco recensuimus. *Aggressus etiam fuerat, verba sunt Patris Natalis Alexandri, longe difficillimum opus, quo S. Thomæ & Scoti doctrinam, atque placita conciliare nitebatur.* Denique publica hodieum Romæ exstant ædificiorum monumenta, quæ in-

Sæcul. XV.
A. C. 1484.

credibili magnificentia extrui curavit. In iis pons est Tiberi impositus, urbi longe utilissimus, quem refici jussit, quique abrogato primi Conditoris Antonini nomine *pons Sixti* hodieque appellatur. Ipse etiam Platinae negotium dedit, ut vitas summorum Pontificum conscriberet, quem, ne Roma excederet, Vaticanae Bibliothecae praefecit; hanc vero ab uestis ex tota Europa libris, atque manuscriptorum codicibus ferme innumera locupletavit, certosque proventus assignavit, ut eadem coemptis semper recentioribus libris augetur.

§. CXXXV.

Manus S. Joannis Baptistae Magistri Rhodiorum Magistro a Bajazetha dono data.

Surius 29.
Aug. p. 224.

Bosius. to. 2.
l. 13. § 34.

Sub finem Pontificatus Sixti IV. Petrus Aluffonio magno Rhodiorum Magistro Bajazethes Turcarum Imperator S. Joannis Baptistae manum, quae in Thesauro Mahometis Patris sui asservabatur, dono dedit, ut sacro hoc munere religioni, qua Ordinis Magistrum in S. rebus quibus ferri noverat, satisfaceret, simulque ob Zizimum fideliter custoditum gratitudinis memoriæ testimonium testificaretur. Accepta sacra manu Aluffonius plurimis testimoniis, maturoque rei examine plene